



Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Mariae Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Miraculum S. Mariæ ab Arcu prope Neapolim in Nolana diœcesi, n.57

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

put eius communuit. sic ille; quo auditus Alfonius fratri nece mortuis, iustum tamen Dei punitionem agnosces, testatus est se, cum Crucifixi miraculum, quod pridie euenerat, ex transfigura cognovissem. Petrum fratrem eodem, quo interiit die sedulo monuisse, ne versus Carmelitanum Deiparae templum tormenta dispiodi iuberet. Petrum vero ad hoc nullum sibi responsum deisse, sed malo suo eandem verberationem rufum tentare voluisse. Ad hæc tanta sectu est imbrum magnitudo, ut obsidio soienda fuerit. Alfonius vero hoc Crucifixi miraculo adeo est permotus, ut cum trieno exacto Neapolis in eius potestatem venisset, postridie ad templum Deiparae Carmelitanum adierit, ut sacram Crucifixi imaginem pie veneraretur. quod & deinceps crebro factitauit. hæc Thomas Costus in additione ad compendium historiarum Regni post librum sextum annot. 131 & noster Mariana lib. 21. de rebus Hispanicis cap. 13. qui, & si illud de Crucifixi Imagine non reficiat, necem tamen Petri miraculo tributam significat his verbis: *Vulgus multum, sed & populi multitudine Petri eadem in Religionem vertebat, prefertim continuis imbribus opugnatione impedita, soluta obsidione Caputum discessum*, hæc Mariana.

Miraculum S. Mariæ ab Arcu propè Neapolim in Nolana Diœcesi.

VIR QVIDAM DEIPARÆ AB ARCU imagine, quam in Nolana est Diœcesi, percussa, suspensa; Multa item in eandem Deiparam blasphemæ pedum ab effusio- ne multulantur.

57 VERVM omisis quam plurimis aliis ex omni antiquitate petitis exemplis, quæ ad hoc consumandum afferri possent, venianos ad ea, quæ vel Patrum superiore, vel nostra recenti memoria contigerunt. In via publica propè S. Anastasiæ (id est, oppidum Nolana Diœcesis ad Ciuitatem Velouium spectans, quod inter Nolam, ac Neapolim sex palliis millibus æqua distantia interiacet, situm ac Vesuvij montis iadices flamarum, cinerisque eruptione, ac Plinij interitu maximè celebris) erat angustum, ac tenue sa-

cellum in campestri loco antiquitus extitum, cui nomen vulgo S. Maria ab Arcu, sic dicta à fornice, ad cuius levam in pariete erraticis expressa coloribus Deiparæ imago, puerum Iesum inter brachia gestantis, quæ quamvis nullo oīm Clericorum perpetuò seruitio coleretur, illustrata certe diuinitus est nobilissimo miraculo, quod finitos populos ad pietatem, nouumque facili cultum excituit. Enim vero centesimo fere ab Imagin hinc anno cum in ea vicinia ludum aliquiu Mariæ dearent, quo lignei globi iudee item ligneo cir Atrop cumsguntur in piano, ac subinde truduntur, ligatis impius quidam, & projectæ audacie, quod cuffi pecunie iacturam facerent in ludo, die, qua fa giam cratissimum Relarrectionis Domini Paſcha emittitur proxime sequitur, arreptam, qua ludibrium pilarato, infenioque animo in depictæ Deiparæ faciem sacrilega manu contorti, eiusque histrionam percussi genam: inde repente sanguis miraculose dimanauit, cuius represso fluxo tanguinei coloris implesia cicatrix diuinitus remansit in facie. Verum ex templo impius percussor immobilis factus, erit erit eodem in loco in lecelis penam, ludicris intentia infelici arbori cum litoris instrumentis suspensus interit: tunc vero perspicua misericordia pectori nouitate commota vicinia est, ad novam Deiparæ pietatem, tunc aucta celebritas, nam eadem feria secunda Paſchatis, eo in loco decreta est solemnitas, quæ ad insequentes visque miraculi tempora perduravit, quin etiam ad posteritatis monumentum reum ex arbore suspensum cum litoris instrumentis in veteris aedicula pariete, hac inscriptione notatum coloribus exprefserunt, quæ nos ipsi longo intervallo ex eodem semidiruto ex scaphis, ea vero usmodi est, demptis quibusdam voculis retulante exesis, quas etiam punctis noratas lectori supplendas relinquisimus: Mirabilis Deus in sanctis suis, quantio magis in Matre sua, quam cum quidam diaabolica instigatione lusor pilâ percussisset in faciem, repente immobilis factus a curia deprehensus, & ex arbore suspensus fuit. Dominus Cæsar tot, ac humilis Dei seruus, nus de lamone restauru M. A. N. D. 157. ator. f. m. Blaſph

58 Verum anno 1590. iterum accensus est ma nō feruor, iterum adiuncta frequentia alterius celeberrimi miraculi occasione: nam anno proxi- na ab Ar mè superiore feria secunda Paſchatis, qui anni in qua tertia

*miser p.
dum ab
fassone
nudatur
ur.*
versaria celebritate S. Maria ab Arcu in pri-
stini miraculi memoriam celebratur, foemina
quædam, cuius erat nomen Aurelia de Piete,
quadragesimum circiter ætatis annum agens,
una cum conjugi (is enim vocabatur Marcus
de Cennamo, uterque ex eodem oppido S. A-
nestasia) Roscium adibat suum, ac porcel-
lum præse agebat. cumque appropinquaret
facilio S. Mariæ ab Arcu, deeravit porcellus
de via in agrum facello conterminum; quem
fugientem cum foemina assequi non posset,
ostendit, & interram corruit. hic illa indi-
gnabunda, atque ira vehementius percita san-
ctissimum Manæ nomen (quod vel levissima
de causa lapidissime per summam impietatem
solebat) iterum, ac tertio execrata est, malum
infuper imprecata clementario, qui facellum
ædificasset, pictori, qui imaginem depinxisset,
tum maritus, qui præsens aderat, tam abom-
nabilis, exercitioris atrocitate commotus,
uxore grauita increpita. At, at (inquit) dabis
ultore Deo penas tam nefaræ vocis, qua
sanctissimæ Virginis nomen execrata es, at-
que hinc ad annum pedes isti tui è cruribus
diuulsi diuinitus in terram concident. Ver-
ba pondus habuerunt, ac rusticani oris vati-
cinium comprobauit euentus, nam anno
proxime insequenti adulta jam quadragesima
Aurelia pedum dolore decubuit. Accersitur
eiusdem oppidi chirurgus; Is morbi qualitate
inspecta, non igne, nec ferro, nec ardentia
qua usus, sed amygdalinotantum oleo, &
lactucarum folijs adhibitis, nec uliam pro-
fus medicinam facientibus, ignarus quid ul-
tra remedijs afficeret, ejus vita salutem omnino
desperauit: tandem inarefacti pedes concide-
runt distracti è cruribus, perinde ac si gladio
ablemissi essent, nullo dolore, nullo sanguinis
fluxu. ea omnibus merito visa est noui mira-
culi species, nam ipsa feria secunda Paschatis,
que in diem 23. Aprilis eo anno incidit alter
pedum, feria vero tercia alterè tibijs excide-
runt juxta mariti vaticinium, & quicunque
eam sanctissimæ Deiparae blasphemam a-
gnoscebant (agnoscebant autem ferè oppida-
ni omnes) pro certo habebant, ne ipsa quidem
Aurelia abnuente, ejusmodi calamitatem ei
accidisse ipsa poenam, tantique sceleris vindictam.
ita certè complures testes, ipsaque
mea Aurelia legitimè ab Episcopali curia No-
lana interrogati, ajurati in suo examine de-
poluerunt. ejus miraculi ubi fama percirebuit,

finitimi penè omnes accurrerunt decumben-
tis Aurelia domum, inter quos adducto le-
cum eodem Chirурgo, Cæsar Burnus ejus op-
pidi Archipresbyter, is re omni perspicue co-
gnita pedes in quo illum continuò conjicit,
quibus ad D. Mariæ de gratia ejus oppidi
Templum delatis Nolanum Episcopum to-
tius rei commonefecit. Pedes postmodum
intra crateres ferreos repositi, ad ipsum S. Mariæ
de Arcu facellum publicè suspensi, elapsis
duobus supra viginti annis, etiam nunc in no-
vo templo visuntur, quasi testes impietatis,
Indices diuinæ ultiōnis in eos, qui in Deipa-
ram Virginem injurij aliquando fucint: qui
denique argumento sunt quantopere velit
Deus Matrem ab omnibus coli suam. Eve-
rò tum denique in eam Deipara Imaginem
devotio iterum magis, magisque excitata est,
innumerisque crebrescentibus miraculis, ac
beneficijs, quæ eo in loco à Deipara confere-
bantur, tantum pietatis exarsit in finitimorum
populorum pectoribus erga eandem Virgi-
nem ab Arcu, ut omnes accurarent, tuis qui-
que necessitatibus, aut morbus à Deipara o-
pem querentes, & pro sua facultate votuvis
donis facellum cumularent, faciamque supel-
lectilem conferent, & jam tecum visuntur
parietes votuarum tabellarum multitudine, &
nunc etiam elapsis à recenti miraculo annis
duobus, ac viginti, magna populorum fre-
quentia quotidie illuc accendentium celebra-
tur: plerique etiam nudis pedibus confluunt;
Nobiles matronæ pretiosissima quæque com-
portant, tantomque pecunia ex piorum ho-
minum eleemosynis conflatum est, ut laxatis
facelli angustiis, non solum excitatum sit tem-
plum structura satis amplum, ac nobile, adje-
ctumque eonobium ex illustri fratribus Prä-
dicatorum familia, ubi ex ea religi si degunt
ad quinquaginta: sed etiam ex inde elemo-
synis intra Civitatem Vetusum (vugo
Somma) erecta si collegiata Ecclesia, in qua
Sacerdotes duodecim eius Ecclesie culti ad-
dicti congruis redditibus alontur, atque honeste
sustentantur. In hoc miraculo narrandum
circum suimus a iquantò fatiores, quod nostra
ætate, atque oculis propè nostris gesta res est,
eamque ne quid deesse possit ad fidem ex ipsis
documentis, ac processu, quem Nolanum Epi-
scopalis curia, (ad quem spectabat) ea de re
compilauit eruendam, atque excerptam
curauimus.

*Erga ean-
dem deca-
no imagi-
ne in die
augelut.*